



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Pontivs M. 14. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

hoc erat facere. Nam cum mater irasceretur tam prodigo, ad ejus preces subita seges totum horreum complet. Sub hac cum spem vindemiæ ditioris grando dejecisset, Antistes jam Ferentinus paxillum vini, quod legerat, in omnes testas, ac dolia divisit, precando deinde tantum non exundare fecit. Certè vasculum mero plenum Gothi duo ex itinere accepisse se putaverant cœnæ fortè unius illecebram. Sed nimirum cellam illi promptuariam circumferebant, non minùs etiam, cum viam relegissent, divitem. Fuit cum bene egenis facturus ipse egeret, & duodecim aureos, nepotis peculium, prodigeret. Verùm cum ei nepos vehementius succenseret, ab imagine DEIPARÆ, totidem alios tulit. Recepit itaq; suum nepos, plus utique accepturus, si fœnori morâ dedisset. *Ex Dial. S. Greg.*

S. PONTIVS M. 14. Maii.

**P**ONTIVM vides, cujus operâ factū est, ne millesimus Romanæ urbis annus dæmonibus consecraretur; quod futurum iidem, PONTIO adhuc matris ventre abdito, permissu Numinis, agnoverunt. Iulia, id mulieri nomen fuit, Marci senatoris Rom. uxor, eo gravida, delubrum subierat, cum repente Flamen furiis incitatus, conceptâ mitrâ, hostem Deorum adesse exclamavit,

mavit, uterum detestans in perniciem Iovis foecundū. Iulia yaticinatione percussa, foetum necquidquam depellere abortu institit, nato etiam vim allatura, nisi pater vetuisset, utiq; enim Diis ad unum puerum perdendum satis fore virium. Contigit deinde, PONTIVM, audito Christianorum carmine, quo Deorum vanitas irridebatur, Religionis amore capi; haustam etiam patri instillavit, purgataq; à Deorum larvis domo, primū id formidata à dæmonibus indolis specimen dedit. Patris mortui dignitate aditā, Philippis Imp. familiari usu conjunctus est, qui cū in millesimum urbis annum sacrificiū Diis parent, ab eā mente PONTII oratione deducti, Christo nomina dederunt, ejusque Numini Romanum Imp. dedicarunt. Valeriano & Gallieno imperantibus, accusatus impietatis PONTIVS, & equuleo impositus, machinam precipit. Urso in se incitatos cicuravit, rogam extinxit, gladio denique cervices subjecit, usitata Sanctorum modestiā, quorum plerique capite imminuti sunt, superbis puto instituendis hāc potissimum parte indomitis. *Ex Surio.*

SS. VICTOR & CORONA MM.

14. Maii.

**A**vspicatissima nomina suosq; triumphos loquentia, VICTOREM &  
S CO-